



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

22. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

quia sicut convictum de crimine pœna constringit, ita accusatorem, si non probaverit quod objecit.

De eadem re. *Ex Concilio ad sanctum Medardum.*

XXII. Hincmarus Archiepiscopus Re-
morum suis accusatoribus dixit: Quæ est peti-
Concil. Sue-
tio vestra, fratres? Misericordiam, inquiunt,
tion. 2. act. 1.
Burchard. lib.
petimus à vestra paternitate impendi de mini-
stratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos à
Domino Ebbone quondam proiecti, vestra au-
ctoritate suspensi sumus. Hincmarus Archie-
piscopus dixit: Habetis libellum reclamatio-
nis aut postulationis, sicut ecclesiastica se ha-
bet traditio? Illi autem responderunt se præ
manibus nullum habere libellum. Hincmarus
Archiepiscopus dixit: Legum ecclesiasticarum
auctoritas talis est, ut in causis gestorum sem-
per scripturam requirant; adeo ut qui ad sa-
cram fontem accedit, suum dare nomen præ-
cipiatur; qui ad summum sacerdotium prove-
hitur, decret o manibus omnium roborato eli-
gitur; ordinatus autem à suis ordinatoribus
litteras accipere jubetur, qui etiam ab eccl-
esiastica societate quolibet excessu discinditur,
libellari scriptione aut recipitur aut deicitur.
Sed & qui accusatur, vel qui excommunicata-
tur, seu reconciliatur, per scripturam accusa-
ti vel reconciliari videtur. & sic in ceteris hu-
jusmodi in tantum scriptura depositur ut, si-
c ut beatus Gregorius in commonitorio ad Jo-
hannem defensorem ex Romanis legibus su-
mens scribit, sententia quæ sine scriptura pro-

S. Gregor. lib.
11. epist. 54.

B b iiiij

392 PRIMA APPENDIX
fertur, nec nomen sententiæ habere meretur.
Quapropter, fratres & filij, oportet vos se-
cundùm ecclesiasticam auctoritatem reclama-
tionem vestram libelli serie allegare, etimique
manibus vestris roboratum synodo sacræ por-
rigere, ut convenienter & canonicè vobis va-
leat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum
conscriptentes, eisque sua nomina suscriptentes,
porrexerunt Hincmaro Episcopo, qui tunc
unā cum Vvenilone Sennensi Archiepisco-
po, & cum Amalrico Turonensi æquè Ar-
chiepiscopo, sub præsentia gloriosi Regis Ka-
roli synodo præsidebat.

De eadem re.

Interpret. 1.9:
Cod. Theod.
De accusat. &
in script. **X X III.** Tam civile negotium quam cri-
minale, accusationem professio manu accusa-
toris conscripta præcedat.

De eadem re.

Interpret. 1.9.
Cod. Theod.
eod. tit. **X X IV.** Quicunque alium de aliqua crimi-
nis capitalis objectione pulsaverit, non pridea
à judicibus audiatur quam se similem pœnam,
quam reo intendit, subscripterit subiturum.

Item unde suprà.

Interpret. 1.15.
Cod. Theod.
eod. tit. **X X V.** In criminalibus causis vel objec-
tibus per mandatum nullus accuset; sed ipse
qui crimen intendit, per se accuset, inscrip-
tione præmissa. Judices autem puniendi sunt,
damnandumque officium, si aliquem, nisi
præmissa inscriptione, subdendum crediderint
questioni.